

P I S A

1 6 0 8



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

*Hd. 11.*



XXXVII.

an 36

CARMINA GRATVLATORIA  
IN HONOREM

*Ornatissimi ac doctissimi Iuuenis*

Dn. BENEDICTI HORN-  
MANNI SERVEST. ANHALT.

*Cum ei summus in Philosophia gradus solemniter decerneretur die IV. Februarij 1668.*

RECTORE

MAGNIFICO ET CONSULTISSIMO VIRO  
Dn. DIONYSIO GOTHOFREDO JC  
Celeberrimo, Codicis Professore ordinario,  
DECANO

*Facultatis Philosophicae Spectabili*


Dn. REINERO BACHOVIO ECHTIO IVD.  
& Philosophiae Practicae Professore dignissimo

PROMOTORE

*Clarissimo & Excellentissimo Viro*

WOLFGANCO LOSSIO PHILOSOPHIAE ET  
Medicinae Doctore & Professore Physices ordinario in  
Antiquissima & Celeberrima Academia  
Heidelbergensi.

*A patronis amicis & popularibus fauoris & beneuolentia ergo decantata.*



HEIDELBERGÆ,

Typis Iohannis Lancelloti, Academia Typogr.

MANNI SEVESTI ANHALL  
MACHINICORI CONSTITUTIONE  
DR. DIORISIA GOTTHELDORF  
DARREBERG  
WOLFF





EPIGRAMMA  
SIMONIS STENII AD  
BENEDICTVM HORNMANNVN  
SERVESTANVM MAGISTERII  
titulo ornandum.

Ἐβραίοις τὸ κέρως σημαίνει σώματ' ἰσχυρῶν  
καὶ ψυχῆς, ἀραδῶ αἰδέει ἀεὶ πρῆτα.  
Σοὶ δὲ ἐπὶ νυμνῆ ἐδόθη ὄρνυμανν κερσάνδρον  
Τούνεκ' ἔσο ψυχῶν κάρτε' ἠδὲ δέμας  
Κένω εὐραδίη πινυτῆ ὡς ἤρξασ, κρομῶν  
Τοῖς ἢ πόνοις ἀσπῶν πύτο δὴ μελέων.

ALIUD.

Pramia virtutis qui spernit & artis honores,  
Huic ego vesanum sinciput esse reor.  
Excitat & titulus studium laudataque virtus  
Crescit & immensum premia calcar habent.  
Laudatur titulo cultor virtutis & artis,  
Magnaque laus magno parta labore venit  
Sic te, qui Sophia lustras BENEDICTE recessus,  
Septena titulo Phæbus ab arte beat.  
Ergo tibi meritò collatum grator honorem,  
Atque nouo titulo prospera queque precor.

*Perge sequi Musas, sis Christi miles in armis,  
In celo vere sic BENEDICTVS eris.*

M. ALEXANDER BECKER  
Pastor in æde D. Petri,

שיר חרוז

Allusio ad Nomen Dn. HORNMANNE.

קרן ואיש שמך אשר תמליח  
במקרא קדש עניונם צבורות  
וכח נפש וגם חצוף לארם  
הנחתן אלהים לאפוש החכם  
כי יצא רצע קרבו דשעים  
מהוא ירים קרן ישע לצדיקים  
כי חסיד אתא קרן איש ואת עשה לו  
וברצונו חרים גם בכבוד קרן

M. Balthaf. Baumbach. Ebreę lingue Prof.

*E A D E M I N L A T I N U M T R A N S L A T A*

**V**Nde mihi CORNVVER diceris, an quod utrumque  
In sacra lingua ROBVR. vocitetur Ebrais  
Corporis atque animi? quod robur dat sapienti  
Ipsē DEVS, solitus tumidorum cornua dura  
Deprimere & contra sepe exaltare piorum:  
Id quod presenti tibi tempore contigit, in quo  
Cornu laeva tuum merito exaltavit honore,  
Quodque volente DEO magis exaltaveris ipse  
Virtutis studio & vera pietatis amore.

M. CAROLVS SACHSIVS.

Aliud

ALIVD EIVSDEM:

**N**onne vides nitidas primium qui cōstruit ades  
 Firma solo firmo fundamina ponere: sic tu  
 Discere non poteris sacri mysteria verbi,  
 Utiliter fundamentum nisi jeceris ante  
 Grammaticam, Fandiq; artē, Logicamq; tenebras  
 Pellentem stupido de pectore, quā sine frustra  
 Sancta Prophetarum tractas oracula, frustra  
 Qua pia Apostolica cōprendunt dogmata charta,  
 Scilicet hac doctis veluti manus esse putatur,  
 Quā damus accipimus nobis aliisque reclusos  
 Verbi thesauros, aliās labor irritus omnis,  
 Hac sine barbaria cæno submergimur: unde (STI  
 Hāc BENEDICTE probas, dū mystica dogmata CHRI  
 Noscere aues, postquam letis tibi Phœbus honores  
 Atque magisterij titulos impertiit: Ergo  
 Perge alacri passu, patrique seni Patriaque  
 Concilia decus, Et tibi laudem Et commoda vita.

ALIVD.

**O** BENEDICTE tuos viri iam grater honores;  
 Num tibi, nam Patri dignus vterque satis  
 Premia nam tibi sunt exhausto parva labore  
 Et Pater ad Musas suppeditavit opem.  
 Accinit hinc juvenum juveni tibi pulchra catervas  
 Atque tuo exoptat fausta Magisterio.  
 Ast ego nunc Patri (quamvis non sit mihi notus)  
 Confectus sento gratulor ipse seni.

*Cessi animo grandaue senex virtutis amantem  
Ob sobolem, dignam munere Pieridum.  
Quae data sunt illi, tibi sunt donata per illum  
Illius & laudis pars quotacunque tua est.  
Es felix! nam quos fas est sperare parentes  
Hos tibi nunc fructus esse datos reputo:  
Ex quibus ut patria ac Ecclesia NVMINIS almi  
Auxilio capiat commoda multa, precor.*

PHILIPVS ZVENGELIVS, Notarius  
Caesareus & Academicus amicitiae ac  
congratulationis ergo. f.

---

ODA GRATVLATORIA

*Ad imitationem XXXIV Od.*

*Lib. I. Carm. Horatii.*

ORNATISS. ET DOCTISS. DN. HORNEMANNVS  
jam jam Docturâ Philosophicâ ornandus loquitur:

**R**ipam ad Nicrinam cultor, & integer  
Veræ Sophorum dum Sapientiæ  
Alumnus hîc dego, secundo  
Vela trahens Aquilone plausus  
Nunc excito altos. Namque caput mihi  
Cingens coronâ Phœbus amabili,  
Merentibus plerunque laudes  
Diuidit, Aoniamque laurum.  
Quo crassa pubes, & Genius vagus;  
Quo vis & ingrati ingenium rude  
Fugit, ferocitasque morum  
Flectitur: ima valet supremis

Mutare:



Mutare: pigrumque arcet honoribus  
Apollo promens dedecus: abstulit  
Huic præmium iracundus omne:  
Atque mihi id posuisse gaudet.

*M. Bernhardus Frencelius Iudeb.*

*ALIVD.*

**A**rtes ignorans, doctas quoque despicit artes  
Et SOPHIAM Plauti clamitat esse logos:  
Clamitat esse meras nugas, Geniique maligni  
f Aflatu inventas esse ab Aristotele.  
Hinc nihil ad studium sacrum conferre, carere  
Posse his, qui populum mystica sacra docent.  
An tibi mens eadem est? eadem sententia? non est,  
Non artes adeo despicias ingenuas,  
Quin illas potius perlustras mente sagaci,  
Ex his instar apis, quæque probata trahis.  
Hinc data sunt SOPHIÆ tibi præmia Prima virenti  
E Lauro imposta est tibi texta corona tibi.  
At accensa semel virtus, accensa cupido  
Discendi, cursum promovet usque suum;  
Nec prius absistit donec feliciter ipsum  
Attingat finem propositiq; scopum:  
Sic tu non primo aut imo contentus honore,  
Prælastris adspirans in SOPHIÆ esse gradu.  
Adspiras? immò nunc accipis. Ecce MAGISTRUM  
Te jam proclamant LOSSIVS arte potens:  
Qui Gradus ut Patriam exhilarat Patrisq; senectam;  
sic Patria & Patri commoda multa ferat.

Christoph. Lelmius Anhaltinus.

Eiusdem.

*DISTICHON.*

Annus, Menses & Diem Promotionis indicans,  
FebrVa qVarta tIbi faX sIt rogo, prospera, qVà tV  
QVà gaV Des tIVLo & IVre MagIsterII.

A L I U D.

Τ Ρ Ι Ε Τ Ο Ι Χ Ο Ν

**C**Vr Hornmanne viget tua laurus iamq; virescit,  
Cum mea sit quavis arbore pallidior?  
Ritè quidem Baumbach unà plantavit utramq; ;  
At fata rure fuit fertilior tua.  
Laurea sed crescat Mea, florescat Tua laurus :  
Clementerque Deus magnus utramque riget.

*Ioh. Georg. Zuvengelii. Heidelb. Palat.*

A D E U N D E M.

**T**Vne meo quoque nunc decorari carmine gestis  
O Benedicte, sacri lausq; decusq; chori?  
Vendibili haut opus est hederam suspendere vino;  
Et Virtus propria luce nitere solet.  
Magna animi pietas Hornmanne vel vna beatum  
Te facit, & dignum quem pius omnis amet:  
Quem decorent Musæ: cui præmia digna labore  
Parta ferant: Sunt hæc nescia iura mori.  
Ast aliis sit fas in laudes ire tuarum  
Virtutum: mihi nunc hæc cecinisse satis.  
Ergò quid dubito? quin gratum grator honorem,  
Et votum votis addere pergo meum:  
Gnauiter vt pergas in cepto currere cursa,  
Nec titubes: maior sic tibi surget honos.

*Fausi ominis ergò deproperabat  
Contubernali fidelissimo*

*Iohannes Cloßius ex VVestphalis  
Alicranus.*

F I N I S.

Fc 1249.  
gn


ULB Halle 3  
003 422 747




Bitte noch kein  
Sammelbd. verwenden  
nach Ausleihe  
an Retro-Ecke  
OK  
Zurück!

VD 17







Farbkarte #13

B.I.G.



17.

am 36

VLATORIA  
REM

ssimi Juvenis

TI HORN-

. ANHALT.

us solemniter decernere  
ruary 1668.

RE

LTISSIMO VIRO  
THOFREDO JC  
essore ordinario,

O

e Spectabili

IO ECHTIO I.V.D.  
essore dignissimo

ORE

ssimo Viro

HELOSOPHIÆ ET  
Physices ordinario in  
nâ Academia

si.  
us fauoris & beneuo-  
ntata.

R G Æ,

Academia Typogr.

